

sed denominatio debet fieri a posteriori ad faciente et formaliori. igitur correlarium sequens. Sequit quarto quod est iste propositiones sunt de tertio adiacente ens est album. ens currunt albu[m] currens est calidum est et sic de aliis correlarium patet ex regula de primis etiam duabus etiam alii concederent. Alio est tres ultimae dicerent ab oib[us] aliis de secundo adiacente utque tamen sunt de tertio propter regulam et probatur quod in qualibet ea est extremitum vnum tertium adiacens ut sibi. Ibi re liquum extremitum. sed predicatum sit primum adiacens. sed a posteriori adiacente predicari a tertio respectu primi est fienda denotatio igitur et cetera. Item rationale est quod proponeas oio conuertibiles et oio equipolentes pertineant ad idem adiacens. sed ille due albu[m] est et ens est album sunt huiusmodi et secunda est de tertio adiacente correlatum patet ex regula et conceditur ab aliis. Dicta autem in his regulis et maxime in correlariis istius regule manifeste colliguntur ex dictis aristotilis in principio secundi per armenas ubi ipse exemplificans de propositionibus de secundo adiacente assignat solum modum proponeas de terminis sibi. Et habentes predictum spale et explicitum. et circa eas mouetur quod quid est ut est homo non est homo. et ois homo non est ois homo. Et exemplificans de propositionibus de tertio adiacente solum assignat proponeas habentes aliquod extremitum accidentale. ut homo est iustus homo non est iustus circa quas mouentur quones quia est et quid est. nunquid antem detur propositione de primo adiacente licet partis pateat ex regulis tamen in sequenti articulo dicetur. Quantum igitur ad quartum articulum questionis pro maiori declaratione et confirmatione eorum que dicta sunt in articulo immediate precedentem moueo aliquas difficultates quarum prima est hec. Utrum detur propositione de primo adiacente. quod non patet per communiter loquentes. quod sic arguitur primo. quia propositione de secundo vel tertio datur. ergo illa de primo. Item datur propositione in qua non ponitur aliquid extremitum alterius adiacentis a primo igitur et cetera.

Ad hanc difficultatem respondeo quod sic ut rationes adducte declarant. et sunt tales propositiones ens est et ens est ens. hoc etiam patet per regulam primam precedenter articuli. Secunda difficultas est utrum detur propositione de quarto adiacente.

Ad difficultatem respondeo quod non. et ratio quia unes termini adiacentes sunt trascendentia vel substantiales vel accidentales. et ita sunt primi adiacentis vel secundi vel tertii quae similiter propositiones. et ita

non datur propositione de quarto adiacente. Tertia difficultas. utrum tales propositiones. chimera est imaginabilis. anticharis est possibilis. adam est mortuus sit de aqua adiacente. Respondeo ad difficultatem quod sic quia earum subiecta pertinent ad secundum adiacens et predicata ad primum ut patebit statim. quare etiam propositiones ille sunt de secundo adiacente. Et si diceatur. chimera est significatum. et ideo non significat substantiam neque accidens. Respondeo quod hoc non obstante significat tamen si significatum imaginarium se habens ut apprehensum ex communi intellectu per modum substantie. Quarta difficultas postquam non dantur plura adiacentia propositionum quam predicta tria. Queritur utrum iste propositiones sint alicuius adiacentis. Item si alicuius sunt nunquid sunt primi vel secundi vel tertii imaginabile est imaginabile. intelligibile est intelligibile. possibile est possibile. et uidetur quod nullius adiacentis sunt. quod non primi nec secundi nec tertii. nam cum earum extrema sunt termini ampliores ente vel quod licet sequitur quod nullum eorum ente superaddit et per consequens non pertinet ad secundum adiacens nec ad tertium pariter nec ad primum. postquam non adsequitur enti. sed se extendunt ultra ipsorum. Ad hanc difficultatem ego respondeo quod omnis minus significatum aut est licet ens vel sibi adequatum. aut est terminus communior et amplior quam licet ens. aut est terminus minus communis et minus amplius quam licet ens ac ei superaddens. Si autem licet ens est sibi adequatum. patet ex dictis quod est primum adiacens. et quia non datur prius primo sequitur quod est terminus communior et amplior quam licet ens ut sunt termini positi in predictis propositionibus. ut licet imaginabile. intelligibile et possibile dici debet solum primus adiacens. quare et predictae propositiones sunt de primo adiacente. Sed si est terminus minus communis. et minus amplius quam licet ens. tunc pertinet ad secundum adiacens vel tertium. Quinta difficultas est utrum iste propositiones sunt de tertio adiacente. album est. calidum est est album. est calidum quod sic patet per antedicta quod non arguitur quia sunt de secundo adiacente. et non de tertio. consequentia nota et antecedens probatur. nam circa primas duas mouentur quod quid est. ut dico queritur quid est albus. quid est calidum. Ad hanc difficultatem respondeo quod sunt de tertio adiacente ut patuit. Et ad rationem in oppositum quod albi vel calidi est tanquam accidentis in concreto est alterius inest. vel alterius ac-